

**Disputatio inter clericū
et militez super potestate
prelatis ecclesie atq; principibus terrarū com-
missa sub forma dyalogi Incipit feliciter.**

Cleric⁹ sermonis sui exordium sub hac forma posuit
dicens. **M**iror optime miles paucis dieb⁹ tempora
mutata. sepultā iusticiam. euerfas leges. iura calcata
Miles. **G**randia sba sunt ista ⁊ ego laic⁹ qui quā
uis paucas puer didicerim lrās non tamē ad p̄fundum veni vt
tam alta sba a me possint intelligi. **E**t idō venerāde clerice si me
cum desideratis habere colloquiū planiorem oportet accipere s̄i-
lum **C**leric⁹. **E**cce mea vidi ecclesiā in honore magno apud
reges principes ⁊ nobiles vniuersos haberi ⁊ nūc video econtra
miserāda. **E**cce facta ē vobis omnib⁹ preda exigunt a nobis
multa dant nulla. si nostra bona nō damus rapiunt a nobis con-
culcant iura nostra libertates effringuntur **M**iles. **N**ō facile
credam regem cui⁹ conciliū sunt clerici iniuste agere vobiscū aut
apud eos perire ius vestrū. **C**leric⁹. **I**mmo certe contra omne
ius iniurias innumeras sustinem⁹ **M**iles. **S**cire vellē quid
vocatis ius. **C**leric⁹. **I**us voco decrera patrū ⁊ statuta r̄homa-
norū pontificū. **M**iles. **Q**ue illi statuit si de t̄palib⁹ statuunt
vobis p̄nt iura esse nobis vero nō sunt. **N**ull⁹ enim p̄t de his sta-
tuere sup̄ que cōstat ipsum dominiū nō habere. **S**ic nec francoz
rex potest statuere sup̄ imperiū nec impator sup̄ regnū. **E**t quem
admodū terreni p̄ncipes nō p̄nt aliquid statuere de vestris sp̄as
lib⁹ sup̄ que nō acceperūt p̄tatem sic nec vos de t̄palib⁹ eoz super
que nō habetis autoritate. **U**n̄ frivolum est quicqd̄ statuistis de
t̄palib⁹ super q̄ potestatem nō accepistis a deo. **U**n̄ nup̄ mihi r̄i-
sus magn⁹ fuit. cum audissem nouit̄ statutū esse a dño bonifacio
octauo q̄ ipse esset ⁊ esse debet sup̄ omnes p̄ncipat⁹ et regna. **E**t sic
facile patet sibi ius acquirē sup̄ rem quālibet cum nō restat nisi
scribere qz totum erit suū cum scripserit ⁊ sic totū erit vestrum ⁊
vbi statuere nihil aliud est q̄ sibi tenē velle **N**ihil ergo aliud erit
ius habere q̄ velle nō habet ergo nisi vt scribat. **D**oc volo ius eē

a ij

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

cum voluerit castrum meum vel villam meam agrum meum aut pecuniam et thesaurum habere. **N**ec latet vos sapientem clericum ad quantum vos deducat ista disputatio ridiculum. **C**lericus. **S**atis acute domine miles et versute ista contra nos protulistis et ad hoc totius sermonis vestri series seu decursus quantum ipse intelligo tendit quod dominus papa te vestris temporalibus nihil potest statuere quia non constat eum super temporalibus vestris dominium accepisse. **E**t si noli ipsi ex nostris velim probare dictis aut scripturis totum pro nihilo ducitis quia nostrum scribere ve dicatis dominium nobis aut potestatem que aliunde non venerat dare non potuit. **S**ed si christianus vultis et catholicus veri esse non negabitis christum rerum omnium dominum esse cui dictum est in psalmo. ij. **P**ostula a me et dabo tibi gentes etc. de quo etiam scriptum est quia ipse est rex regum et dominus dominatum. **I**ta non sunt nostra sed dei verba nec nos ea scripsimus sed ea misit dominus et spiritus sanctus dictavit. **E**t quis dubitat illum statuere posse quem constat universorum dominum esse. **M**iles. **N**ullo modo divine potestati vel dominationi resisto quia christianus sum et esse volo et ideo si per diversas scripturas ostenderitis summos pontifices esse super omnia temporalia dominos. necesse est omnino reges et principes summis pontificibus tam in spiritualibus quam in temporalibus esse subiectos. **C**lericus. **F**acile est ex superioribus posse ostendi. **T**enet enim fides nostra petrum apostolum pro se et suis successoribus institutum esse plenum vicarium iesu christi. et certe plenus vicarius item potest quod et dominus eius cum nulla exceptio nulla potestatis diminutio est vicarius institutus. **S**i ergo non negatis christum de vestris temporalibus statuere posse qui dominus est celi et terre non potestis sine rubore eandem potestatem christi pleno vicario denegare. **M**iles. **A**udiui a viris sanctis ac deuotissimis duo tempora in christo distinguere. alterum humilitatis et alterum potestatis. **H**umilitatis. usque suam passionem potestatis. post suam resurrectionem quando ipse dixit. data est michi omnis potestas in celo et in terra. **M**arthei ultimo. **P**etrus autem constitutus est christi vicarius pro statu humilitatis non pro statu glorie et maiestatis non enim factus est christi vicarius ad ea que christus nunc agit in gloria. sed ad ea imitanda que christus egit humilis in terra quia illa nobis necessaria sunt. **N**am ergo potestatem suo vicario commisit quam homo mortalis exercuit. non est

lam quam glorificat⁹ accepit. Et vt ista per scripturas quas in-
ducitis ostendam⁹ de eisdem scripturis vobis testimonium pro
feremus. Iose enim christus dixit pilato regnum meum non est
de hoc mundo. et q^d non venit ministrari sed ministrare. Luce. ij.
Hoc testimonium adeo manifestum est vt hominem resistentem
possit confundere et ceruicem quamcuq³ duram obtere. Et hoc
sic dixit iesu quidam de turba. magister dic fratri meo vt diuidat
mecum hereditatem. At ille dixit ei. De homo quis me constitu-
it iudicem et diuisorem super vos. Luce. xij. Auditis ergo aper-
te christum in temporalib⁹ nec iudicem nec diuisorem constitutu^m
ergo in statu illo suscepte dispensationis nec temporale regnum
habuit nec etiam affectauit immo cum illi multiplicatis panib⁹
comederet fugit et in commissione petro facta non clauces regni ter-
rarum. sed clauces regni celorum tradidit. Et hebreorum ponti-
fices constat regibus fuisse subditos et a regib⁹ quod precul a vo-
bis absit fuisse depositos. Et vt scias christi vicarium spirituale
regnum non ad temporale seu dominium assumptum accipe ab
ipso paulo nec min⁹ clarum testimonium. Dicit enim sic. Om-
nis potest⁹ ex hominibus assumptus pro hominib⁹ constituitur
in his que ad deum sunt non ad gubernandum terrenam domini-
um sed vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Vides ergo q^d p^{er}
ficiatur pontifex in his que sunt ad deum cum paulus thimotheo
scribat nemo militas deo secularibus negocijs se implicet. Patz
ergo christum regnum temporale noⁿ exercuisse nec petro commi-
sisse. Nam et pet⁹ dicit Actu⁹ sexto capitulo. Noⁿ est equu^m nos
derelinquere verbum dei et ministrare mense id est temporalibus
dispensandis. Et quamq³ possint aliqua temporalia per ipsos po-
tiffices dispensari satis tamen patet q^d non debeant in terrenis reg-
nis et principatib⁹ gubernandis. que omnia sibi vendicant occupa-
ri. Unde auctoritates quas induxistis super⁹ domine clerice sci-
licet postula a me etc. et q^d ipse est rex regum etc. non ad statu pri-
mi pertinet sz ad secundum In quo primo statu sic patuit q^d chri-
stus nullam potestatem temporalem exercuit immo a se penitus
abdicauit et in his solum et non in alijs que ad dispensationem no-
stre salutis exercuit petrum sibi vicariu^m destinauit. quem nec mi-
litam fecit nec coronauit in regem sed in sacerdotem et episcopus
ordinauit. Quod si vultis adhuc contendere christi vicarium ea
potestatem in temporalibus habere quam christus habebat in ce

a iij

lis. non quam christus exercebat in terris. **F**orsan ista pertinacia non erit in fine vobis gratiosa quod vobis patebit sic. **C**onstat enim cuiuslibet fideli de deo sapienti q si precipiet deus pecuniam suam agrum suum aut vineam alteri cuiuslibet dare sine cautione nulla petita ratione nulla expressa cognitione statim deberet obedire. **S**i ergo contenditis papam eandem potestatem habere. ergo concedere necesse est q omnia vestra bona et nostra potestis sine cause cognitione cui volueritis nepotulo vel consanguineo dare. tollere principatus et regna et eis dare pro vestre libito voluntatis. sed quam absurda sunt ista vos videte. et utrum placerent si vobis hec fierent respondete. **Q**ui si a tanta absurditate recedere per viam rationem cogimini et papa cogetur resiliere. **T**enedum est igitur q non accepit in temporalibus tantam potestatem ipse christi vicarius sz eam solam quam christus in sua humilitate erexit et ostendit. **C**lericus. **N**egatis o miles ecclesiam cognoscere de peccato. **M**iles. **N**ec absit. Nam qui hoc negauerit et penitentiam et confessionem abnegabit. **C**lericus. **S**i quid iniuste agitur peccatum est. et qui habet cognoscere de peccato cognoscat de iusto et iniusto. **S**um ergo iustum et iniustum in negocijs rerum temporalium sit. consequens etiam est vt de causis temporalibus debeat iudicare. **M**iles. **A**rgumentum istud cornutum est cuius vanitas et infirmitas per argumentum simile repellendum est. **I**n suspēdendis latronibus alijsqz damnādis habetur iustum et iniustum et peccatum etiam. **E**rgo etiam ratione peccati debet papa de sanguine iudicare sed plumbeum est argumentum ideo leui ratione suscitatum. **N**unc restat nobis ostendere quomodo vestra cognitio domine clerice circa iustum et iniustum scdm leges humanas que de talibus sanxerunt sit de temporalibus iudicandis. **S**ed scdm quas et sub quibus personis subiectis omnibus est videndum. **M**anifestum est ergo illum debere scdm leges iudicare et scdm easdem de iusto et iniusto cognoscere cuius est leges condere et habere interpretari exponere et custodire facere et grauare et mollire cum vicebitur expedire. **S**i ergo vos in iudicio temporalium simul vultis cū illo contendere aut concurrere cognoscendo de iusto et iniusto iam contra scripturam vestram aratis cum boue et asino et cum principē dicente. **N**ec est iustum. pontifex dicet hoc est iniustum. **E**t quod dicet abacuck propheta. **I**n precipitium factum est ius

dicium contradicente potentiore propter hoc lacerata est lex. et non peruenit vsq; ad finem iudicij quia vere non erit hoc iusticiam 7 iudicium facere in terra sed iusticiam 7 iudicium in terra lacerare. **E**t ego ostendam vobis scdm paulum vnde vestra cognitio debet incipere principes suo iure de iusto 7 iniusto cognoscant et eius fratrem vnusquisq; sicut tenetur attendet 7 ei obediunt sicut precipitur Deuteronomij decimosextimo. Si quis autem tu mente superbia non obedierit ei 7 imperio nec princeps cuius fuerit officium iudicandi habet potestatem resistendi vel coercendi tunc incipit vestra cognitio quia tunc accedere debet vestra monitio dicente apostolo paulo ad Titum tercio capitulo. **A**dmonere illos principibus 7 potestatibus subiectos esse 7 subditos **E**t ad Romanos decimotercio ca. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subiecta. **U**bi etiam maleficia 7 scelera manifesta sunt veluti prece rapine 7 similia nec est qui velit aut possit corrigere Non enim nego vos in his casibus debere vel posse vestram potentiam exercere. sed non de iusto vel iniusto quia de hoc non habetis cognoscere aut manum ad hoc apponere. **E**t cum manifestum fuerit atq; per sententiam iuris aut euentum sceleris que nulla egent cognitione tunc poterit ad vos ista materia 7 forma de quibus dictum est pertinere alias si propter peccati colligentiam vultis de prenotatis casibus cognoscere non restat nisi fores principum claudere leges silere 7 decreta principum 7 vestra sola resonare. **A**rtare vos volo 7 vrgere vna questione verum sit vestrum de causa matrimonij cognoscere 7 ego vado padue p quamdam hereditate quam peto nomine vxoris mee que habet in ea succedere. **V**ideris q; ratione matrimonij mihi competere petere illam hereditatem **N**unquid propter matrimonij colligantiam de qua habetis cognoscere debet coram vobis de hereditate litigare **R**obertus de flandria pro vxore sua petens ducatum burgundie nomine dotis debuit ne coram rege vel episcopo litigare. immo plane dico vobis omnibus clericis inhibendo ne cognitionem de dote contra deum 7 iusticiam usurpetis cum promissio dotis mere et vere sit pactio temporalis 7 sepe firmari possit regalibus instrumentis. **E**t quia vobis usurpatis aliena euenit vobis illud vero dei iudicio vt aliquid patiemini. **P**atet ergo q; sit vanum 7 frivolum q; ex tali vicinitate vel itis vobis fingere colligantiam in cognitione causarum quous ad hec omnia vnum

lum debet vobis sufficere quod supra memorauimus de euange-
lio luce dicente domino iesu. **N** homo quis me constituit iudi-
cem et diuisorem inter vos. **O**stendit enim manifeste q̄ secun-
dum eam potestatem quam homo mortalis exercuit non perti-
nebat ad eum de hereditate iudicare. **C**lericus. **N**onne de-
bent temporalia spiritualibus deservire. ergo temporalia debent
esse subiecta spiritualibus et spiritualis potestas temporalem de-
bet regere potestatem. **R**espons. **V**ere debet spiritualibus tem-
poralia deservire suo casu quia tenentur dei cultoribus necessaria
ministrare. **N**am hoc omnis gens quasi innatum habuit et ha-
bet instinctum. et hoc naturali iure decreuit natura naturans ut
ministrantibus creatori seu diuina celebrantibus necessaria mi-
nistrantur et honoris debita et vite necessaria prebeantur. **Q**uod
etiam phariseis in lege quam dominus moysi tradidit et sacerdo-
tibus abundanter et caute prouidit. non dominium tamen aut
regnum temporale commisit. **E**t apostolus ad **C**orinthios. **S**i
spiritualia vobis seminauimus non est magnum si carnalia ves-
stra metamus. **S**ed si vultis scire quale dominium prebeat mi-
nistris accipite per ordinem verba christi et eius apostoli pauli.
Dicit enim christus discipulis suis ad predicanum missis.
Dignus est enim operarius mercede sua. **E**t paulus de se et cete-
ris apostolis ait. **Q**uis militat suis stipendijs vniq̄. quasi diceret
nullus. **E**t scriptum est in lege moysi. non alligabis os boui tri-
turanti. **E**cce quibus vos comparant christus et paulus et apo-
stolus. **A**tiq̄ operarijs et stipendiarijs. **N**unquid operarij et sti-
pendiarij sunt rerum domini. **V**idetur q̄ temporalia concedun-
tur vobis non ad dominium sed ad vite subsidium et ad spiritua-
lis ministerij sumptum. **E**t ex lege moysi comparamini boui tri-
turanti cui satis est accipere pabulum quanq̄ ipse suo labore im-
pleat horreum. **E**t q̄ dicitis spirituales potestatem regere tem-
poralem potestatem iam vobis est per apostolum paulum supe-
rius responsum ibi q̄ omnis pontifex ex hominibus assumptus
pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum ut offerat
donata et sacrificia pro peccatis in his habent nos regere videlicet
que sunt ad deum. sed ad ecclesiam non pertinent in his que for-
is sunt aliquid iudicandum q̄ si adhuc contenditis summum
pontificem superiorem esse per omnia in derisiones mirabiles in-
adertis. **S**i enim cum creatur papa creatus sit dñs oim̄ sim il-

ratione creare episcopum. **E**rit creare illius patrie dominum et sacerdos meus erit dominus castri mei et dominus meus quia si cur potestas pape est in toto ita potestas istorum est in illa parte cui preest ergo cessandum est ab hac stulticia que ab omnib⁹ irridetur et tantis scripturarum elemētis ac rationibus cōfirmatur. Nam in veteri lege dicimus nō sacerdotes a regibus, sed reges et principes a sacerdotib⁹ et prophetis adorari et eos ad se vocari et que placebāt regibus imperari. Et in his que interdum errauerant publica dispensatione temporalium increpari vt tercio regum primo et quarto capitulis. **¶** **Alericus.** Miror q^d dicitis super dispensatione temporalium regem arguisse pontificem. **¶** **Miles.** Vos excitatis canem dormientem et cogitis me loqui de his que ante non cogitavi. **¶** **Alericus.** Excitetur canis et latret. **¶** **Miles.** Quoniam vti nescitis vtilitate et patientia principum tunc q^d post iustum latratum sentietis et morsum. **¶** **Alericus.** Quid interest regum et principum super dispensatione temporalium nostrorum. ipsi sua habeant et nostra nobis dimittant. **¶** **Miles.** Nostra multum interest per omnem modum. Nunquid nō interest nostra circa salutem animarum nostrarum super omnia cogitare. Nunquid nō interest nostra pro parentib⁹ mortuis debita prosequi obsequia et etiam obsequia postulare. et nōne vobis a parentib⁹ nostris ad hoc sunt nostra temporalia data et copiose ministrata vt in cultu diuino totaliter expendātur. sed certe nihil facitis inde sed omnia vestris necessitatibus applicatis q^d elemosinas et opa charitatis in viscerib⁹ pauperū claudere deberetis. Nonne est necesse q^d per huiusmodi sanctissima opera mortui uiuaretur et saluarentur viui. Nōne cum ea ad propria expēditis superflueq^{ue} cōsumitis et ea contra intentionem dātium et etiam quodammodo accipientium dispergitis male vtēdo. viuos et mortuos leditis et viuis et mortuis damna biliter derogatis. Nonne et qui non vult militare auferetur stipendium. Et certe vasallus non implens seruicium meritū perdit et feudum. Et vt vobis ponam super hac questione silētium. et q^d super hoc nostrum sit dolere et remedium apponere accipite fortissimum et apertissimum capitulum scripture sancte secundo paralipomenon decimoquarto capitulo. **¶** Legitur enim de rege ioas. **¶** Fecitq^{ue} quod bonum est coram domino et cunctis diebus iouiade sacerdotis et de eodem rege legitur quarto regū duodecimo

capitulo. Vocauit rex ioas ioiadem pontificē et sacerdotes dicēs
eis quare sartarecta nō instauratis templi. **N**olite ergo pecuni-
am recipere a populo amplius iuxta ordinationem vestram sed ad
instauratiōem populi reddite eam. phibitiq; sunt sacerdotes acci-
pere pecuniam vltra a pplo. **Q**uides ergo qd laudat rex ioas a do-
mino q curam accepit vt oblationem iuxta intētiōem dantium
expēterent in cultum diuinū. **H**oc est ad instauratiōem templi.
Laudat em regem ioas de^o. vt ostēderet q nō delinqueret qz nō
cupiditate sz pietate nō ambitioe sed religioe id facēt. **A**d tollē-
dam suspiciōem rex testem volebat habere ipm pōtificem vt seq;
tur. **C**ūq; videret nimiam pecuniā in gazophilacio ascēdebat scri-
ba regis et pōtifer effundebatq; et numerabāt pecuniā que inuenie-
bat in domo dñi et dabāt eam iuxta numerū atq; mēsuram in ma-
n^o eoz qui pcerāt cōmentarijs dom^o dñi. **E**cce laudata ē regis
religio q curā gessit vt bona illi^o veteris ecclesie saluarent sollicitē
et expēterent religiose. **S**cio q dux sit vobis hoc audire. cum tñ
nihil refero nisi vba scripture. **D**ictū em vobis ē superi^o q hec ac-
cepistis oia ad vite subsidii et ad sancte militie stipēdium ad vi-
ctum habēdum et vestitū quib^o duob^o dicit apl^o se esse cōrentū
et quicqd supest in pios vsus pauperū et miseras egrotātium ex-
pētere debetis. **Q**d si nō feceritis multū nra intēst de eisde curā
habere ne aīas mortuoz salutē qz viuoꝝ defrauderis. **C**lericus
Rex iste ioas bona sibi nō tulit sz in vsus ecclesiasticos expendit.
vos autē hodie bona nra tollitis q nō in religiosos vsus. sz milita-
res tumult^o et bellicosos classes expēditis. **U**n exemplū qd indu-
xistis vūs opib^o aduersat. et vestra violētiā solū colorat. **M**i-
les. **S**emp in malū vestre ptra stimulū regū calcitratis. **E**st ne h^o
vobis molestū q de bonis eccleie secum tollūt nepotuli vři et p san-
guinei alieq; psonē iterdū inhoneste. **S**z vob est oīno itolerabile
et molestū q rex māsuete petit a vob et p gto accipit p vřa salute
et defensiōe ecclesie et bonoz vestroz. **C**leric^o. **N**e miser pellē
qz meā tollitis cū carnib^o et hoc appellat salutē. **M**iles. **N**ō
perstrepite sz patiēter audite. **C**onsiderate vicinos vřos suis egere et
ad vestra respicē. **S**i deficiēt regis ptās qlis essz reqes vřa. **N**ō
ne nobiles egeni et pdigi si psumpissent sua cōuerterētur ad vřa
ergo regia man^o vester mur^o est. pax regis pax vřa. sal^o regis sal^o
vřa. **Q**ui si deest aut forsan esset subtracta vel petis vūs exigēti-
b^o a vob discedēt et vicinis supra bona vřa crastantib^o nūc exigen

tib⁹ nūc minātib⁹ atqz vāstātib⁹ bona v^{ra} cogere mini oib⁹ seruire
Si videritis prius bona vestra perire quanto velitis tūc redime
re qd man⁹ regia rediret sicut prius. **V**ideretis ergo cum pauca re
gi traditis quā salutem v^{ram} redimit quādo omnia bona v^{ra} de
perdēda saluat. **S**icut vos semper fuistis bñficijs in grati sic
estis nunc in vestrīs pfectib⁹ querulosi. **V**bi si man⁹ hostilis rege
cadēte regnum inuaderet nōne omnes predīs et rapinis nterire
tis et ferocitatem barbaricā quam vobis implacabilem isentire
tis relictis sedib⁹ territi et attoniti fugerētis et totum ptererētis q
modo sup minimis doletis. **Q**uod si reges et pñcipes suis stipēdijs
suisqz periculis tenētur vos defendere seqz morti p vobis gratis
exponē. et vos sub vmbra quiescē comedere splēdide iocūde bibere
sup lectos ornatos quiescē quiete dormire et in stramētis mollis
b⁹ lasciuire. **E**rgo et vos vere estis soli dñi. reges xō et pñcipes ve
stri serui. **E**t alijs p vob et res et psonas offerūt morti. **S**i dat per
sonis ecclesiasticis reqs nō est magnum si p laycis seruet opes.
Hoc dicitis esse durz sed nō quiescitis donec more solito cōiuncti
sueritis ac etiā cōsūtati diuinis quib⁹ nō potestis obuiare scrip
turis. **N**am de ioas rege superi⁹ memorato scribit quarto regū.
xij. et. ij. paralipomenon xxiij. c. **Q**uāobrem tulit ioas rex iuda
oia sanctificata q psecrauerat iosephat et aaron et moisa pater ei⁹
rex iuda et q obtulerat et vniuersum argētum qd inuenire potuit
in thesauro templi dñi et palacio regis misitqz azaeli regi syrie et
recessit a hierusalem. **E**cce aperte q p redemptionē ppli accepit ea
que cōsecrata erāt in templo dñi. nō tñ pepcit regis palacio. qñ
tulit ista de tēplo. **E**t eodem mō quarto regū decimooctauo ca
pitulo legit sic de ezechia rege sancto. **I**n tpe illo cōfregit ezechias
as valuas templi dñi et laminas auri qas ipse affixerat et dedit regi
assyriorū. **Q**uod si dicas q ezechias egit male mōdo sic habetur
in paralipomeno. xxxij. **E**zechias nō reprehendit in oib⁹ opib⁹ suis
preterquā in legatioe pñcipū babilonis. **Q**uis ergo damnabit
quem in omnib⁹ scriptura laudauit. **S**i erratis nō intelligētes
scripturaz veritatē quid ergo cōtra reges et pñcipes cōtenditis.
Legit em⁹ **N**athai. v. ca. **N**ō ppter locum gētem s3 ppter gen
tem locum dñs preelegit. **N**ō est ergo parēdum ecclesie materi
ali vbi discernē imminet gēti chrlstiane qd sancti ezechiel et iose
phus intellexit et fidelit adimpleuit. **S**i em⁹ bona vestra sunt ecc
lesie et populi in ecclesia est quāto iusti substantia in ea vbi salus

populi bentet expēdenda est. **Unde domin⁹ mathei. xij. ca. Dico**
vobis q̄ templo maior est hic. nec dubium est quin templum for
rituale quod est homo dignius sit materiali ⁊ templo lapideo. In
telligat ergo rex pius ⁊ prudens in his verbis domini dei volūta
tem nec vlieri⁹ querat auctoritatem. **Nec est parcedum materias**
li templo nec his que dedicata sunt templo vt salus reddat ⁊ par
periclitari populo christiano. **Nec est blandiendū ecclesiarum su**
perfluitati immo succurrēdum tante gentis necessitati. sed quia
ex ea que sibi licuit iure diuino vult facere cum beneplacito vestro
non veremini exasperare regem in mansuetudine vobiscum agē
tem ⁊ solita benignolētia vos regentem. **Cauete a verbis salomo**
nis quia ira regis nuncius est mortis. **Clericus. Si possunt**
reuocari que semel deo sunt donata ergo irritari possunt omnia vo
ta. **Miles. Hoc non est que deo data sunt reuocare sed illis**
vlibus quibus fuerunt data applicare. **Que enim sunt deo data**
eo ipso sunt p̄is vlib⁹ dedicata. **Quid enim poterit sanctius esse**
quam christiani populi sal⁹ ⁊ quid preciosius domino q̄ hostes
raptores ⁊ interfectores arcere a populo christiano ⁊ quam pacē
subiectis et fidelibus emere. **Quum ergo in his bona ecclesie expen**
duntur veris vlibus quibus fuerant dedicata redduntur.

Clericus. Si ad scripturas sacras recurritis quare liber
tates nostras infringitis quas libertates constat nos ex ip
sis traxisse scripturis. dominus enim interrogat petrum. **Unde**
Mathei decimosextimo capi. Reges terre a quibus accipiunt
tributum. a suis an ab alienis. **At ille dixit. Ab alienis. Dixit**
illi iesus. **Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus**
eos. **Vade ad mare ⁊ mitte hamum ⁊ illum piscem qui primus**
ascendit tolle. ⁊ aperto ore inuenies staterem. **sume illum ⁊ da p**
me ⁊ te. **Vides o miles q̄ clerici christi seruicio mancipati omni**
no sunt liberi. **Miles. Si euangelium bene respicitur. a**
christo solo census siue didragma petebatur. iteo pro christo da
ri videtur ista responsio ipse enim est filius dei. **filius regi magni**
Et sicut filius regis maior est preside. sic filius dei maior est et
maior erit celare ⁊ sic illa responsio proprie videtur esse pro chris
to. **Attamen quia illi qui principaliter ministrant regi nullates**
nus ad publica onera sunt trahendi cōcedimus q̄ clerici i suis p
personis p̄prijs sunt liberi. s; nō de mala vita et puerlatōe layci

qui nō ad honorem dei s; in frandem domini sunt sicut patet ad
oculum nō conſurati ſed clerici chriſtum ſequētes vt petrus ⁊ ſa
cris altarib; mancipati cōcedim⁹ in quātum plane de his qui libe
ri ſunt nō dico clare p euāgelium ſed quia euāgelio ⁊ eorum off
cio videbatur cōſonum indultum eſt eis hoc priuilegium princi
pum. Nam ab origine eccleſie dixit paul⁹ ad romanos xij. Om
nis anima poteſtatib; ſublimiorib; ſubdita ſit. ⁊ poſt. Nō ſolum
propt iram ſed ppter cōſcientiam. ⁊ poſt ibidem dicat. Reddite
omnib; debita. cui tributum tributū cui vectigal vectigal. Vide
tis ergo q omnis aīa erit ſubdita ⁊ vectigalis ⁊ tributaria. Sed
vt dixi nūc eſtis in pſonis liberi quia officio chriſti mācipati nūc
quid p hoc ⁊ eadem libertate gaudebūt agri Si em eccleſia eme
rit cenſualem agrum nunqd cui ſoluend⁹ erat cenſus ppter eum.
Cleric⁹. Non de cenſib; ſed de exactionib; ſermo eſt. **Mi**
les. Sicut ego ſup certos agros habeo certum cenſum ſic impe
rator ſup orbem terraz pro deſenſione rei publice cum oportunū
fuerit p arbitrio volūtatis poteſt leuare tributum. Clara em ra
tione cōceditur vt reſpublica rei publice ſumptib; deſendatur. ⁊
quecūq; pars gaudeat iſta deſenſiōe equiſſimū eſt vt cum alijs po
nāt humerum ſub onem. Si ergo min⁹ iuſte poſſeſſiōes ſubdite
ſunt ad on⁹ publicum quātum ad annuū cenſum ad quemcūq;
tranſiūt ſemp erūt ſub onere hoc vbi neceſſitas fuerit rei publice.
Sicut cum alijs indigēt ſemp deſenſiōe. Quod ſi dicatis quod
cōtra hoc pſcripſiſtis lōga vſi libertate. reſpōdem⁹ vobis q quan
do benignitate principum fuerit libertas veſtra lōgior tanto vbi
maior apparet neceſſitas ⁊ debet eſſe volūtas promptior ad ſubue
niēdum. Nam ⁊ irritet ſcriptura veſtram preſcriptionē cum a
ſalomone vſq; ad ioas. et a ioas vſq; ad ezechielem nō legitur eē
factum quod tamē Ezechiel pſecit. Nam ⁊ multe ciuitates pri
uilegijs ⁊ pſuetudine ab exactionib; libere patiēter ſoluerūt ⁊ ſol
uūt hodie quod placuit principi p deſenſiōe regni vel cōmunita
tib; vel perſonis. Et ſi de⁹ vt dicitur ppter ingratitudinem reuo
cat peccatoz remiſſionem videatis ne propter veſtram rebellionē
nō mereamini. non min⁹ ſed etiam plus onerari ⁊ tandem ſacul
tate ſimul ⁊ poteſtate denudari. **Clericus.** Nunqd per reges
tollēte ſunt gratie nobis per leges cōceſſe ⁊ per beatoz principuz
priuilegia ſancte eccleſie cōceſſa. **Miles.** Hatoz ⁊ verum eſt
ampliſſima vobis priuilegia per bonos pontifices indulta. **Sci**

re vero debetis q̄ quicquid rectores reipublice faciunt ad utilita-
tem reipublice intendunt ⁊ ad eam habentes oculum iuxta illam
regulam. **C**uncta disponunt intantum q̄ salutem reipublice sa-
luti proprie quod est in principe gloriosissimum anteponunt ex
emplo dauid secundo regum. **U**nde constat ⁊ testimonio ⁊ recta
ratione eos concedere quatenus posset in posterum reipublice de-
rogare. **U**nde plane colligitur in omnibus priuilegijs hoc excep-
tum scilicet vt nisi priuilegium indultum videatur in posterum
reipublice nociturum vel pro ardua necessitate vel utilitate rei-
publice manifesta mutandum. **I**gitur non est dubium quin pro
regni necessitatibus gratias vobis indultas legibusq̄ sanctas
possunt altissimi principes consultiore suspendere ratione ⁊ secu-
dum exigentiam temporis vt inuenimus per salomonem sapien-
tissimum in pena furti aliquid lege diuina mutatum. **C**lericus. **I**mperatores sanperunt ista nō reges ⁊ ideo per bonos im-
peratores o miles nunc erit legum gubernacula moderari.

Miles. **H**oc responsum est blasphemie. **E**t quoniam vt vi-
detur aut originem ignoratis regni aut quod videtur verius illi
us altitudini inuideris si karoli magni reglstrum inspiciatis ⁊ hi-
storias probatissimas reuoluatis. **I**nuenietis q̄ regnum francie
dignissima conditione imperij porcio est pari diuisione ab eo dis-
creta ⁊ equali dignitate ⁊ auctoritate quingentis annis circiter
insignita quicqd̄ ergo priuilegijs ⁊ dignitatis retinet imperij no-
men in parte vna. hoc regnum francie in alia. **C**um enim frater
na diuisione francorum regnum a reliqua parte discessit imperij
quicquid in parte decedente ⁊ penitus ab imperio existente impe-
rium ipsum quondam obtinuit aut ibidem inre altitudinis aut
potestatis ececiuit hoc principi seu francorum regi in eadem ple-
nitudine cessit. **E**t ideo sicut omnia que infra terminos imperij
sunt subiecta esse noscuntur imperio sic que infra terminos regi-
ni regno. **E**t sicut imperator supra totum imperium suum ha-
bet leges condere addere eis aut temere sic ⁊ rex francie. **A**ut om-
nino leges imperatorias repellere. aut quālibet si placuerit per-
mutare aut illis a toto regno suo prescriptis. et abolitis nouas
si placuerit promulgare. **A**lioquin si aliquid noui vt sepe acci-
dit visum fuerit statuendum. **S**i rex non posset hoc qui est sum-
mus. **N**unc nullus poterit quia vltra cum non est superior vll⁹
et ideo domine clerice linguam vestram coercete ⁊ agnoscite re-

gem legibus cōsuetudinibus ⁊ priuilegijs vestris ⁊ libertatibus
datis regia potestate pcesse posse addere posse minuere quelibet
equitate ⁊ ratione consultis aut cum suis proceribus sicut visus
fuerit temperare. ⁊ ideo si aliquid pro salute regni tuenda videris
tis istis temporibus imitari acceptate ⁊ patienter hoc ferte pau
lo apostolo hoc vos docente ad **R**homanos decimoquarto. qui
potestati resistit diuine voluntati resistit ne qui cōtra stimulum
calcitent iniuste semel puncti iterum se pugant. **O**bedite pre
positis vestris ⁊ subiacete eis. ad **Hebreos in fine. Dauid** autem
sub anathar principe sacerdotum tempore necessitatis panes po
sitionis qui solis sacerdotibus parati erant ⁊ nullis alijs liceo
bat comedere eos comedit ⁊ alijs dedit comedendos qui secū erāt
et **Mathei vndecimo. sabbatum** propter hominem non homo
propter sabbatum factum est. Itaq; dominus est filius hominis
etiā sabbati. **Et Deuteronomij tricesimoter cio capitulo. In ma**
nu tua magnitudo ⁊ imperium. et ibidem. Et adorauerunt do
minum deum regem. Item ibidem. Et vixerunt secūdo salomo
nem filium dauid vixerunt autem eum domino in principem;
Sequitur. et sadoch in pontificē. vt paralipomenon vicesimop
mo capitulo. Nec quisquam intret in domum domini nisi sacer
dotes et qui ministrabant de leuitis tantūmodo ingrediatur qui
sanctificati sunt. ⁊ totum reliquū vulgus custodias domini obs
seruent. Leuite autem circumdant regem habentes cingula. Et
si quis alius ingressus fuerit templum domini interficiatur sine
q; cum rege intrante ⁊ ingrediente. Vixitq; eum ioada pontis
fer ibiq;.

Et hic est finis Laus christo nescia finis

Sequitur Compendium de
vita antichristi.

b ij